

Fideicommiss. Art. I. n. 26. et Art.
II. n. 37. 38. 39. cum allegg.

Cothmann. Resp. 10. n. 183. Vol. 5.

Licet enim omne verbum significans legitimum Testatoris sensum fideicommittere volentis sufficiat ad inducendum fideicommissum, quatenus in his verborum solemnitas non attenditur;

l. omne verbum 2. 6. cummun. de Legat.

l. in legatis 21. C. d. Legat.

l. pen. ff. d. Legat. 1.

de voluntate tamen illa liquido constare debet, cum enim fideicommissum onus sit, nunquam debet induci, nisi vel voluntas, vel verba sint clarissima; quae voluntatis quaestio, ex eo, quod scriptum est, dijudicanda,

l. illud 13. §. 1. ff. d. jur. codicill.

Mandell. 6. Alb. conf. 29. n. 7.

Hartm. Pitor. lib. 4. qu. 9. n. 55.

si autem verba vel voluntas non urgeat, in dubio pronuntiandum nullum subesse fideicommissum.

Cothmann. d. resp. 10. n. 236.

Cavalcan. p. 3. dec. 23. n. 9.

Reusner lib. 1. decis. 11. n. 3.

Quia contra juris et aequitatis rationem est, fideicommissum facile praesumere, quin potius